

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ  
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1681**

Ixii [i.e. vi]. Conclusio formalis attingit formaliter objectum præmissarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

VI. Conclusio formalis (secus est de conclusione materiali, utpote quæ per varias præmissas inferri poterat) attingit formaliter objectum præmissarum formaliter idem, sive præterquam quodd attingat identitatem suorum extremorū inter se, attingit quoq; identitatem singulorum illorum extremorum cum medio; illa enim est natura potentiarum intentionalium, intellectus nimirum & voluntatis, ut eodem indivisibili actu ferantur in objectum suum materiale & formale seu motivum; moveri enim hæ potentiaz non possunt à motivis, nisi quando illa attingunt: sicuti igitur non sufficit, bonitatem finis per actum antecedentem intellectus fuisse propositum, perquæ alium actum voluntatis antecedentem fuisse intentum, nisi per eundem actum, quo propter bonitatem finis eligitur hoc medium, ipsa bonitas finis iterum ametur; sic non sufficit, intellectum sibi ipsi antecedenter proposuisse identitatem utriusq;è extremi conclusionis cum medio, & illi assensum fuisse, nisi intellectus denuò in conclusione, & per eundem actum conclusionis assentiatur eidem identitati extremorum cum medio: sic

E igitur

igitur requiritur, ut præmissis, quibus ante al-  
fensus sum propter se, sive tanquam objecto  
*quod*, assentiar iterum actu conclusionis, sal-  
tem ut objecto *quo*, & propter illas alterius.  
Et si autem conclusio præstet intellectui  
quod præmissæ, adhuc tamen opus est præ-  
missis, cum intellectus ob suam limitatio-  
nem debeat paulatim procedere, & priu-  
connexione extremonum seorsim in præ-  
missis attingere, ut dein expeditius propta  
illam possit assentiri conclusioni, præsertim  
in rebus obscuris. Neque ex dictis sequitur  
medium ingredi conclusionem ut objectum  
illatum, seu ut *quod*, quod vetat regula, sed  
tantum ut motivum; seu ut objectum pro-  
pter quod.

VII. Conclusio sequitur partem debili-  
rem, estq; falsa, particularis, tantum probabi-  
lis, negativa, quando una præmissarum est ta-  
lis; talis enim est connexio extremonum con-  
clusionis formaliter talis inter se, qualis est  
connexio eorundem extremonum cum me-  
dio, sed quando una tantum præmissa-  
rum est falsa, negativa, probabilis, tota  
connexio extremonum cum medio dicitur  
esse falsa, probabilis; bonum enim ex integra  
causa,